



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117859**

§.58. Canones de Imaginibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](#)

armorum nostrorum vos ipsos defrauda-  
Sæcul. VIII.  
stis; nisi enim post hanc Papæ & Concilii A. C. 794.  
admonitionem errorem vestrum abjici-  
atis, sciatis velim, quod vos simpliciter  
Hæreticos habituri, & vobis cum nulla-  
tenus communicare ausuri simus. Ponit  
deinde Carolus Rex Fidei suæ Confes-  
sionem, quæ Catholica est, & in qua JESU  
Christi Adoptio erronea nominatim da-  
mnatur.

In Concilio Francofordiensi Cano-  
nes quinquaginta sex conditi. In primo  
dicitur, quod Auctoritate Pontificis &  
jussu Regis fuerit congregatum. Tum  
Hæresis Elipandi Toletani & Felicis Ur-  
gelitani de Adoptione, quam Filio Dei  
affingebant, damnatur.

p. 1053.

p. 1057.

### §. LVIII. *Canones de Imaginibus.*

Canonis secundi tenor est hujusmodi:  
Allata est in medium Quæstio de no-  
va Græcorum Synodo, Constantino-  
poli de Adoratione Imaginum habita,  
in quâ scriptum legebatur, ut quicun-  
que imaginibus Sanctorum, ita ut Dei-  
ficæ Trinitati Servitium & Adorationem  
non impenderent, anathema judicaren-  
tur. Quam Adorationem & servitutem  
Concilii nostri Patres omnino contem-  
nunt.

N n 2 pserunt;

Sæcul. VIII. pserunt, & consentientes condemnave-  
A. C. 794. runt.

*v. not. Sirm. tom. 7. Conc. p. 1054.*

Haud dubie hæc nova Græcorum Synodus nulla alia est quam ante se-  
ptennium Niceæ celebrata. Eam Pa-  
tres Francofordienses Constantinopoli  
habitam dicunt vel ob locorum propin-  
quitatem, vel quod initio Concilium  
illuc fuerit convocatum. Dicunt etiam  
in eo decerni, ut Sanctorum imagines  
sicut Sancta Trinitas adorentur; nem-  
pe secundum perversam interpreta-  
tionem sententiæ Constantini Cypren-  
sis, sicut & in Libris Carolinis factum,  
nam hic Canon in eodem spiritu scri-  
ptus est.

*Sup. n. 45.*

Libros illos Carolinos vel ante vel  
statim post Concilium Francofordiense  
Angilbertus jam tunc Abbas Centulen-  
sis ad Papam misit, iisque Summus  
Pontifex respondit data amplissima Epi-  
stola ad Carolum Regem, quem semper  
reverentissime habet, quamvis in illis li-  
bris acerbissime dicta occurrant. Quia  
enim Papa Concilio septimo per Lega-  
tos suos præfuerat, ejusdem Concilii  
contemptus in eum recidebat, atque  
exinde id saltem conficiebatur, perfu-  
sum sibi habere Francos, solam Papæ  
Auctoritatem ad imperandam obedien-  
tiā Synodo præstandam sine præci-  
puarum

puarum Ecclesiarum consensu non suffi-  
cere. (\*)

Sæcul. VIII.  
A. C. 794.

§. LIX.

*Responsum ad Libros Carolinos.*

In illo Responso Hadrianus Papa loqui-  
tur in hunc modum: *Angilbertum*  
*Abbatem Capellæ vestræ Ministrum, pœ-*  
*ne ab ipsis infantiae rudimentis in Palatio* <sup>tom. 7. Cons.</sup>  
*vestro enutritum, & omnibus Consiliis*  
*adhibitum, suscepimus, (\*\*) & audivi-*  
*mus benevole, quæcunque nobis explica-*  
*vit, non secus ac si vestra Excellentia*  
*nobis locuta fuisset. Is tradidit nobis*  
*Capitulare adversus Concilium Niceæ ce-*  
*lebratum pro erectione Sacrarum imagi-*  
*num; & inde dilectio, qua vos complecti-*  
*mur, compulit nos, ut ad singula capitu-*

N n 3 la

(\*) Sola Summi Pontificis Auctoritas simpli-  
citer quidem sufficeret, sed Dei providentia  
nunquam factum, ut reliquæ Ecclesiæ a Romana,  
Fidei dogma promulgante, dissentirent, ne Fi-  
delibus errandi occasio præberetur.

(\*\*) Ipsa verba sic sonant: *Unde pro nimio*  
*amore, quem erga vestram mellifluam gerimus*  
*regalem excellentiam, sicut misitis, cum nimio*  
*amore dulcedinis eximia, eum suscipientes &c.*  
Act. Conc. Tom. IV. p. 775. Edit. Paris.